(Montecassinensis 64.)

Melciades etiam, post quem Silvester haberi
Te dominus papam decrevit in ordine cleri
Marcus cui Iulius succedit Liberiusque
Felix et Damasus cleri speculumque decusque
Exule Liberio Felix in sede locatur
Martyriumque subit, cum Liberius revocatur.
Quare Liberii Damasius successor habetur,
Sicut Ieronimi chronica narrante docetur.
Postea Syricium numeramus Anastasiumque
Hinc Innocenti te qui comitaris utrumque
Post Zosimum vero Bonifatius enumeratur
Hinc Celestinus cum Xisto consociatur
Hos autem iuxta Leo vir doctissimus estat.
Eloquium cuius quantus fuerit manifestat
Ylarus hunc et Simplicius Felixque secuntur.
Post quos Pelagius Anastasiusque leguntur.
Simachus, Ormisda rutilant presulque Iohannes
Quos sequitur Felix, Bonifatius atque Iohannes
Agapitum cum Silverio decimque Vigili
Pelagium legimus papali sede potiri